SACRORUM BIBLIORUM

VETUSTISSIMA FRAGMENTA

GRAECA ET LATINA

EX ANTIQUIS CODICIBUS

ERUTA

PARS TERTIA

SACRORUM BIBLIORUM

VETUSTISSIMA FRAGMENTA

GRAECA ET LATINA

EX ANTIQUIS CODICIBUS

ERUTA

PARS TERTIA

SACRORUM BIBLIORUM

VETUSTISSIMA FRAGMENTA

GRAECA ET LATINA

E CODICIBUS CRYPTOFERRATENSIBUS

ERUTA ATQUE EDITA

A IOSEPHO COZZA

HIEROMONACHO S. M. CRYPTAE FERRATAE
ORDINIS S. BASILII MAGNI

PRAECEDIT DANIEL EX UNICO CODICE CHISIANO

PARS TERTIA

ROMAE
APUD IOSEPHUM SPITHOEVER
AN. MDCCCLXXVII.

Typis Abbatiae Cryptae ferratae

PIAE MEMORIAE

CAROLI VERCELLONE

SODALIS BARNABITAE

IN SACRIS BIBLICIS STUDIIS

MAGISTRI AUCTORISQ. SUI

IOSEPH COZZA MONACHUS BASILIANUS

D.

Unicum extat uno in codice exemplar desideratissimum Versionis græcæ Danielis prophetæ iuxta Septuaginta Interpretes, quod longe diu in tenebris iacuit, ita ut pretiosissimum rei sacræ monumentum non modo ignotum adhuc esse lamentarentur eruditi viri rerum ecclesiasticarum cultores; sed iam omni spe de illo recuperando destituti casum incredibilem deplorarent. Et sane quidem mirum videbatur inter innumeros pene codices qui Sacra Biblia iuxta LXX. Interpretes complectuntur et inter multos qui ex colletionibus origenianis multa hauserunt, liber nullus hanc Danielis exciperet versionem (1). Sed tandem aliquando absconditus thesaurus est repertus, in lucem protractus et publici iuris effectus et post diutinam expectationem magna doctorum lætitia et multo studiorum biblicorum emolumento exceptus est. Istud nobis præbuit monumentum codex insignis qui asservatur in Bibliotheca Romana perillustris familiæ principis Chisiorum, et in catalogo codicum prædictæ Bibliothecæ distinguitur literis R. VII. 45. Ex authenticis testimoniis novimus codicem pertinuisse ab Summum Pontificem Alexandrum VII. qui ex prædicta familia erat, et iam ea tempestate totius codicis vulgandi fuisse consilium: qua in re sententiam rogatus cl. vir Leo Allatius præstantiam codicis declaravit, et ipse opus editionis non modo suscepit, sed et paravit (2). Vir enim doctissimus codicem integrum manu sua exscripsit, et ex aliis insignibus codicibus multa in apographo suo adiunxit: sed nescio qua de causa opus istud typis non est commissum (3). Apographon Allatianum in eadem Bibliotheca inter græcos MSS. prope codicem vetustum fuit invectum; et distinguitur literis R. VII. 46.

Cum ita res infelici exitu se haberet, iacuit vetustus codex, iacuit apographon Allatianum, et nemo de iis per integrum fere sæculi spatium vel meminisse, vel novisse, vel curasse videtur (4). Sæculo superiori cl. Blanchinius Romani Oratorii presbyter, qui in studiis bibli-

Cum tanta sit scripturarum seges in perpulchro et perpolito codice descripta, insignis hic liber effectus est; quod vero eiusdem pretium auget, sunt testimonia terque quaterque apposita, unde patet descriptum fuisse ex celeberrimis codicibus Origenianis: sunt illa puncta diacritica, uti appellant, quæ universum codicem distinguunt, et studia biblica mirifice iuvant; quod tamen in hoc codice præstantissimo singulare apparet, est ut in principio dicebamus, textus versionis græcæ Danielis iuxta LXX. Interpretes. Nos itaque caeteris prætermissis, vel ad aliud tempus reservatis vel potius ut alios editores habeant, ominantes, tantum de Danielis versione edenda nova et meliori quadam ratione, uti res et tempus postulat, viris doctis auctoribus et suasoribus ac praesertim v. cl. Vercellone, munus libenter assumpsimus. De hac itaque tantum versione, ac de eiusdem editionibus et studiis ac de editione nostra paucis dicere necesse est.

Etsi nemo dubitaverit inter LXX interpretum græcas versiones olim fuisse et versionem Danielis Prophetæ; quidam tamen disserere voluerunt inquirentes, quando et a quibus versio huiusmodi facta sit. Nonnulli quidem investigare conati sunt notitias de causa et de tempore quibus in Ecclesia pro versione LXX. Interpretum versio Theodotionis usui esse cepit, et quando a libris Prophetarum exulasse visa est ut Theodotioneæ locum cederet. Sed quem hae quæstiones delectant, sibi consulat; nos vero cum hac in re minus opportunas easdem existimemus, lubenter silentio prætermittimus; præsertim cum testimonium Hieronymi habeamus qui ait: « Danielem Prophetam iuxta LXX interpretes Ecclesiæ non legunt, utentes editione Theodotionis; et hoc cur acciderit, nescio (11). » Cum ipse et se nescire fateatur hac in re Hieronymus, et cum eo nos ignorare malumus, quam minus certis operam dare commentis.

Quod nostra interest, certum est ex multis monumentis (12) hanc versionem locum obtinuisse in Hexaplis et Tetraplis Origenianis. Postea vero ut nobis probabile est, ab iis qui primos immanes Origenis labores in compendium redegerunt, inter quos eminent Eusebius et Pamphilus martyr, Danielis quoque liber eadem ratione, qua cæteri libri sancti curas huiusmodi expertus est (13): scilicet descriptus est quoque textus prophetiae Danielis punctis diacriticis origenianis refertus, nec non notis marginalibus aliquando exornatus. Huiusmodi græci codices sæculo VII. extitisse confirmata res est ex iis mnemosynis, quæ in versione syriaca (14) hexaplari apposita leguntur. Cum vero hujus generis codices ex Origenianis thesauris adornati tantum ob studium S. Scripturæ essent exarati, non vero ad usum ecclesiasticum; hinc factum est ut rarius exscriberentur; quod quidem multo rarius de Daniele iuxta LXX. evenisse credendum est, cum eiusdem usus ab ecclesiis iampridem exulasset; ideoque etiam in Bibliis iuxta Origeniana exemplaria exactis textus Danielis Theodotionis potius quam textus LXX. interpretum adiungebatur. Sed ex hac ipsa exscribendi raritate factum est, ut qui existunt duo textus iuxta LXX. interpretes alter græcus, alter ex græco Syrus, quam proxime Origenianis fontibus accedere dicendi sint.

Quinimo ea convenientia, quæ est inter utrumque in his dissitis testibus aperte suadet ab iis fideliter vetustiores codices repræsentari. Quicquid vero in his apographis calligraphorum incuria mendi est, haud difficili methodo critica potest mederi. Eam itaque concludendum

videtur in codice nostro haberi versionem Danielis ex LXX. interpretibus qualis, mendis exceptis calligraphicis, fuit in vetustissimis codicibus.

Cum textus sit eleganter et perpolite descriptus, (si quid aliquando de eodem animadvertendum habeatur, in commentario facile poterit explicari) de eo disserere vel nihili præstat; potius vero aliquid dicendum esset de ratione, qua apposita sunt signa diacritica seu Origeniana, quæ nonnullis in locis difficultatem haud minimam pariunt, et doctis viris in enodandis his implexibus opus difficile dedere.

Haud enim omnino diligenter atque accurate librarius, qui codicem scripsit, ea posuit, editionesque minus diligentes textus nactus est. Sed cum in his valde nobis probata sint, quæ docte disseruit cl. Bugati, eius verba non sine adnotationibus quibusdam referre iuvat.

» Signorum origenianorum nomine heic potissimum intelligo *obelos* hac forma ÷ descriptos quibus Origenes expunxit in sua LXX virali versione sive verba, sive sententias, quae apud solos LXX interpretes reperiebantur; et *asteriscos* ad instar stellulæ ※ conformatos quibus ea illustravit quæ a LXX viris omissa ex reliquis interpretibus et ex Theodotione præsertim ad norman hebraici textus suppleta fuerunt: quibus adde *metobelum* /. sive signum terminale ab Origene adhibitum ad sententiæ obelo vel asterisco notatæ finem indicandum. Atqui in horum signorum collocatione multifariam peccavit amanuensis Chisianus, 1 signa illa diacritica suis locis movendo, 2 eadem detrahendo, 3 imperfecte et confuse recensendo. Exempla duorum priorum recenset Mazochius iam laudatus, tertius qui in confusa atque imperfecta signorum recensione positus est, passim in Romana editione conspicitur vel ipso doctissimo editore non diffitente. Passim enim in ea videbis asteriscos aut obelos adpictos absque metobelis subsequentibus; et vicissim metobelos sine asteriscis et obelis antecedentibus. Saepius autem hæc signa vides successive posita ed ad singula fere verborum paria aut ternaria repetita; immo quod monstri simile est, in medio unius ejusdemque vocabuli sive simplicis sive compositi, veluti in κατ ÷ οικουντες Cap. III. vers. 1. φυ ÷ λας ibid v. 2. εγε ÷ νετο ibid. vers. 91. εμπυ ÷ ρισμον. ibid. vers. 95. ετα ※ ρασσον Cap. VII versic. 15. etc. Neque sum nescius Romanum editorem conatum esse hæc postrema defendere quasi Origenes κακοζηλιαν Aquilae imitari, et obelo illo medio præpositionem, aud quidquam aliud in Hebraico textu omissum jugulare voluerit. Verum hæc defensionis ratio compositis nonnullis vocibus convenire fortasse posset cujusmodi est prior illa a nobis adducta, aliæque similes a P. De Magistris collectæ ευ ÷ οδουμενος, επι ÷ στρεψει.

» Quamquam, si in his ipsis vocibus ad redundantiam præpositionis respexisset Origenes, non video quare non hac alia prorsus ratione, ut alibi saepe eandem significare debuisset ÷ κατ /. οικουντες, ÷ ευ /. οδουμενος, ÷ επι /. στρεψει. Sed hoc dato, quid dicemus de vocabulis plane simplicibus ab obelo vel asterisco dissectis, ut sunt φυ ÷ λας, εγε ÷ νετο, ετα ÷ ρασσον et horum similibus?

» Ego vero dicam quod sentio non Origenis superstitioni, sed scriptoris inscitiae hanc signorum perturbationem citius adscripserim.

» Quod, ut luce clarius pateat, res est a primaevo signorum istorum usu paullo altius repetenda. Nemo est in sacrorum codicum, maxime Græcorum, quos Origenianos appellant, lectione parumper versatus, qui ignoret aliter signa ab Origene adscribi solita fuisse, quoties una

aut altera vox signo esset notanda, eaque occurreret in medio lineae, aliter vero quando sententia signo expungenda aut illustranda ultra unius lineolæ spatium protenderetur. In priori enim casu unicum signum, puta unus obelus, aut unus asteriscus adpingebatur ad initium vocis, quæ subiecto metobelo in eadem linea claudebatur. At in casu posteriori, quod initio sententiæ signum ponebatur, repeti id assolebat ad caput sequentium linearum, quibus illa sententia vel pericope terminabatur; quo facto ad eiusdem finem simili ratione exarabatur metobelus. Inde vero consequi illud oportebat, ut si quando integrae voci in fine lineae locus esse non posset, eaque propterea de more divideretur, pars divisionis posterior, quae a capite lineæ describeretur, suo esset signo distincta; quam sane divisionem et distinctionem eo fuisse crebriorem intelligimus, quo arctiores essent laterculi, in quibus Origenes Tetrapla vel Hexapla sua descripsit, et antiquiora Tetraplorum apographa, ex quorum altero hausisse Danielem profitetur librarius codicis Chisiani. At is Danielem ex angustiori laterculo in paulo latiores pagellas transcribens et signorum usum atque, ut ita dicam, *οικονομιαν* penitus ignorans, nihil antiquius habuit quam ea ad latus vocum vel syllabarum iterare, ad quas repetita invenerat in archetypo, sive demum voces illae syllabaeque in lineae caput sive in eiusdem medium aut finem inciderent in suo apographo, quod semel iterumque pluries quum fieret, quanta signorum confusio ac perturbatio inde orta fuerit nemo non videt. Rem ita se habuisse, uno aut altero exemplo confirmemus. Primum adferatur ex Cap. III. v. 2. quod in Origenis Tetraplis, vel potius in eorum antiquiore apographo ita conscriptum fuisse existimo:

..........Και Ναβουχο
δονοσορ βασιλευς ÷ βασιλευων
÷ και κυριευων της οικουμενης
÷ ολης /. απεστειλεν επισυναγα
γειν ÷ παντα τα εθνη και φυ
÷ λας και γλωσσας /. σατραπας
στρατηγους....

» Alterum exemplum sumo ex Cap. VII. vers. 15. quod ita in vetustiori laterculo exaratum fuisse ponamus:

......Και ακηδιασας
εγω δανιηλ εν τουτοις εν τω
οραματι της νυκτος ※ ετα
※ ρασσον με /. οι διαλογισμοι
μου.

» Nihil est in utroque exemplo quod non sit perspicuum, et Origenis stylo conforme: obeli scilicet qui priori loco occurrunt, sententias indicant, quae apud solos LXX interpretes reperiuntur, et in Hebreorum textu etiam nunc omittuntur; asterisci autem secundi exempli illustrant illa verba *εταρασσον με* *conturbabant me,* quae a LXX viris omissa, ad normam Chaldaici textus, ex Theodotione suppleta sunt.

» Nunc eadem exempla in latiori pagella, signis tamen immotis describantur prout ex codice Chisiano in Romana editione leguntur:

Και Ναβουχοδονοσορ βασιλευς ÷ βασιλευων ÷ και κυριευων της οικουμενης ÷ ολης /. απεστειλεν επισυναγαγειν ÷ παντα τα εθνη και φυ ÷ λας και γλωσσας /. σατραπας στρατηγους etc.

II

Και ακηδιασας εγω δανιηλ εν τουτοις εν τω οραματι τας νυκτος ※. ετα ※ ρασσον με l. οι διαλογισμοι μου.
» Videsis omnia, et signa incassum iterata quin ulla occurrat ratio sive obeli sive asterisci, qui apparent in medio vocum *φυ ÷ λας*, *ετα ※ ρασσον*, ubi pedes figas in horum signorum interpretatione omnino te lateat. » Hucusque Bugatus.

Docte quidem et ingeniose disseruit cl. Bugati, ad exaggerandam præcipue sui textus Syri praestantiam. Sed miror eum qui codicem ipsum contulit suis oculis, non animadvertisse maiorem confusionem ab editione quam a codice partam, et necessitatem novæ editionis adamussim exactæ; per quam si non omnibus, pluribus saltem in locis veram interpretatio non mente, sed oculis primo aspectu usurparetur.

Nemo quidem ignorat ad valorem signorum diacriticorum quam proxime accedere notas hexaplares, quas in huiusmodi codicibus margo excipit. In his adnotationibus eae praesertim varietates recensentur, quae delectae sunt e versionibus Aquilae, Symmachi et Theodotionis vel ex aliis cum textu LXX virali comparatis, Harum adnotationum nonnullas habet codex Chisianus, quas nos accurate eadem ratione qua in codice iacent referemus in commentario, et siquid adnotandum est, declarabimus. Unum heic animadvertas velim, quod harum aliquot post Allatium in ipso textu insertae sunt vel prorsus omissae (16): unde novae contra textum Chisianum, sed iniustae, ortae sunt eruditorum accusationes; quae quidem editoribus potius forent tribuendae.

Hoc in loco haud omnino praetereundum est quod dixit Editor Romanus. Nempe » in codice pag. (*lege* folio) 170 est Historia Susannae ac Beli, quae continua obelorum ratione distinguitur ». Quibus nil minus verum est, et cuique non modo codicem ipsum inspicienti, verum etiam omnes et Romanam quidem, editiones et adnotationes ibidem subjectas erit persuasum. Quod autem magis ad rem nostram accedit est appositio litterarum A, Σ′, Θ′, quibus nomina *Aquilae, Symmachi* et *Theodotionis* per capitales litteras suas indicantur (17). Hae litterae non quidem in fronte textus sunt apponendae, ut ex aliis editionibus apparet; sed ipsi titulo, videlicet omnibus iis, quae sunt post adnotationem tetraplarem, praenotandae fuere, ut innuatur, ea omnia quae sequuntur cum Aquila, Symmacho et Theodotione convenire. Sed ad haec fortasse in commentario noster redibit sermo.

Aliae quoque sunt in codice marginales adnotationes hermeneuticae vel exegeticae, de quibus etiam monebit commentarius, accurate indicato loco suo, ut studiosis viris de iisdem iudicium certius sit.

Vidimus praeterea eas conformes esse aliis monumentis ecclesiasticis, et potius quam recenti codicis calligrapho, tribuendas esse vetusto codici, ex quo iste suum librum exscripsit. Fere omnes hae in Editione Romana referuntur; sed nobis minus persuasum est additas fuisse ab alia manu, ut Editor Romanus admonuit; videntur enim ab eodem uno calligrapho fuisse descriptae.

Ad huiusmodi adnotationum genus Romanus Editor videtur retulisse duas priores, quae occurunt in Daniele marginales inscriptiones; sed rem longe aliter se habere nos vidimus; et postea a cl. Bugato aperte demonstratum cognovimus. Liber Danielis in antiquis codicibus in decem dividebatur *sectiones* vel *visiones*; et vetusti scriptores

singulis numeralibus notis argumentum sectionis subiecerunt. Scriptor noster tantum duabus prioribus adscriptis reliqua, nescio qua de causa, praetermisit. Verumtamen hæc *argumenta visionum* omnia ex graeco fonte translata nobis servavit codex Syrus Mediolanensis (19), cum quo nostra duo priora conferentes recognovimus perfecte convenire. En ex syro codice vetusto, saltem saeculi VII (20) novum eruditis argumentum, ut recognoscant in codice Chisiano haberi apographon ab recentioribus studiis intactum. Cum igitur is exacte typis mandatur, quisque sibi persuadere potest prae manibus habere genuinum apographon codicis vetustissimi et pretiosissimi instrumenti biblici exemplar.

Etsi pleniora de hac versione Danielis ex Chisiano textu quis forte praefari mallet, nos tamen ab instituto nostro non discedentes his contenti esse debemus; neque nostrum duximus vel repetere, vel ad examen revocare ea, quae eruditi viri hac de re disseruerunt (21).

Cum vero propius ad editionem hanc nostram deveniendum est, censemus et aliqua de aliis editionibus vel innuere nobis opus esse.

Nonnulla de editione Romana iam in superioribus praeoccupavimus; ideoque dumtaxat hic dicimus multum iure sibi meruisse laudis, tum cum primus ille editor post aliorum irritos labores atque conatus in lucem codicem protraxerit, tum etiam cum illum splendidissimo nitore nobilique dederit apparatu multis et copiosis accessionibus et circa Danielem studiis illustratum; sed quosdam haud praetereundos in ea editione defectus statim deprehenderunt viri docti, et maiores quoque postea apparuere non modo ex natura humanorum operum, quæ perfectionem numeris omnibus absolutam vel numquam pertingere possunt, sed potius ex methodo, qua in illius versionis textu exprimendo Editor usus est.

Audias velim quae recte admonuit Bugati (22), qui ab ipso editore accepit. « Ne quis vero errores omnes a nobis adnotatos Chisiano
» codici adscribendos existimet, huius σφαλματα ab Editionis mendis
» accurate distinximus. De quibus cum doctissimum editorem Romæ
» consulerem, is candidissime mihi fassus est Chisianum autographum,
» quo tempore eius editio ab se curabatur, impervium sibi fuisse, sese
» usum esse recentissimo apographo in usum cl. Blanchinii... »

Hinc prima mali labes: hinc ceteræ, quae ex hoc fonte derivatae sunt, editiones patrio vitio minus perfectae fuere; quod tamen non est earundem editoribus excusatio facile admittenda; cum enim codicem edendum profiterentur, ipsum oculis suis usurpare necesse erat.

Romanam editionem anni 1772 statim secuta est editio Goettingensis anno 1773, curante doctissimo viro I. D. Michaëlis, in qua nil aliud praeter textum Danielis secundum LXX ex editione Romana expressum fuit, ut longe lateque per Germanicas praesertim regiones optatissimum monumentum facilius vulgaretur (23). Anno post pariter Goettingae altera uberior editio Danielis prodiit eiusdem I. D. Michaëlis curis, quæ ex editione Romana non modo septuagintaviralem Danielis textum, sed et alia quae in eadem abunde cumulata sunt circa Daniel, excerpsit (24).

Nondum annus intercesserat, et quartam huius Danielis textus editionem Carolus Segaar curavit, typisque mandavit (25) Traiecti ad Rhenum anno 1775.

Tantus erat animorum ardor in vulgando huius versionis thesauro,

qui hucusque absconditus delituerat, ut per plures editiones studiis iuvandis et eruditorum virorum desiderio vix fieret satis. Segaar quidem in emendando textu sedulus fuit, eruditissimas adiunxit e penu suo animadversiones, sed in textu tradendo haud certe eam perfectionem, quae in quarta eiusdem brevis opusculi optatissimi editione erat expectanda, attigit. Ipse quoque codicem non vidit, quinimo nec videri aut ab aliis consuli curavit. Et quomodo apographon ab apographo referenti metuendum non est longius ab exemplari archetypo discedere, praesertim cum multa eius typographica σφαλματα accurationis studium huic editioni defuisse demonstrent?

Huic malo aliquot post annis prospicere, ut ita dicam, indirecte voluit cl. v. Caietanus Bugati, de quo superius iam diximus. Cum is pretiosissimum aliud rei persimilis monumentum et praedictae versionis testem eximium haberet, nempe versionem Syriacam textus Danielis Septuagintaviralis ex codice Ambrosianae Bibliothecae, illum vulgandum curavit; et eo usus est veluti lydio lapide ad textum Chisianum emendandum.

Vir doctissimus aeque ac diligentissimus iure merito arbitratus est non posse totum se credere editioni Romanae aut aliis quae illam repraesentarunt; sed ut de vera codicis lectione semper et ubique esset securus, codicem ipsum sibi esse adeundum iudicavit. Neque eum certe fefellit opinio; siquidem haud sine admiratione pluribus in locis suspicio animo concepta persuasio facta est. Et multa quidem loca sunt studio Bugati in editione Romana iuxta codicem emendata, multaque etiam ex comparatione Syriacæ versionis vel confirmata vel castigata; ita ut opus eius non solum ad Syriacum textum illustrandum, sed et ad graecum declarandum multum iuvet. Videtur tamen Bugatus hac in re vel tantum loca quaedam selegisse, vel non in omnibus ita accurate codicem exegisse, ut nonnulla eum non fugerint. Fortasse cum hæc collatio codicis graeci Chisiani non insedisset, veluti princeps cura, in eius animo, vel non tantam habuisset facultatem, quanta hisce in rebus necessaria est, vel cum opus suum a se maiora ex Chisiano codice exposcere sibi non videretur; collatio eius non omnino absoluta evasit; etsi utilissima, tamen haud plena habenda est. Ex hac putamus multa et merito hausisse Holmesius vel potius Parsons in concinnandam laudabilem eiusdem versionis Danielicae editionem, quam adiunxit praestantissimo atque amplissimo operi suo (26). Sed cum haud omnino perfectum fuerit exemplar, quae inde manarunt editiones, perfectae esse nequiverunt (27).

Angelus Cardinalis Mai et ipse versionem hanc Danielis adiunxit operi suo quidem nobilissimo, Veteris Testamenti graeci iuxta LXX interpretes nec non Novi Testamenti graeci, in quo vetustissimum expressit Vaticanum codicem 1209, adhibitis tantum, ubi ille deficeret, aliis ex antiquissimis codicibus (28). Et cum in praedicto Vaticano codice Daniel iuxta Theodotionem habeatur, cl. vir editionem suam postulare arbitratus est, ut Daniel iuxta versionem LXX adiungeretur; quod quidem effecit, addito in fronte libri Δανιὴλ κατὰ ό (ex codice Chisiano) (29). In hac vero editione sua Romanae Editionis vestigia eum presse secutum fuisse nobis opinio est. Etsi opus Maianum prodierit an. 1857, tamen iam a pluribus annis erat impressum; neque in vulgus protulit editor vivens, qui et Prolegomena et notas illi adiungere constituerat. Quae omnia mors intercepit (30). Certe

in prolegomenis ipsi aliquid de hac Danielis editione dicendum erat et pro eruditione sua et pro commoditate ipsius codicis adeundi, testimonio suo gravissimo veritatem codicis iam male mulctatam confirmasset.

Antequam Maiana editio in vulgus emitteretur nova novoque apparatu instructa, huiusmodi Danielis editio apparuit Lipsiae anno 1845 cura Henrici Augusti Hahn (31). Cuius operis haud quidem nostrum, sed quod accepimus a cl. Vercellone iudicium referemus; qui aperte declaravit hæc esse quaedam vel tyronis studia iuvenili ardore prolata, in quibus et vulgatissimum in his rebus Holmesianum instrumentum critico-biblicum apparet ignorari. Attamen si aetatem auctoris respicias, multa est in his philologiae copia. Tischendorf opus istud laudavit, eoque uti voluit (32); quamquam et ipse prudenter improbasset consilium quo Hahn contendit textum critice restitutum edere ea ratione, ut ipse marte suo ex Syro graecum componeret. Illud vero nobis mirum visum est, quod cum multa in textu Segaariano improbanda dicat, tamen et illum secutus sit in iis, in quibus ille mendose ab Editione Romana recesserat (33); et quod magis mirum est, hanc editionem principem, ex his quae ipse refert, nec bene consuluisse ostendit.

Septimam editionem hujus versionis adiunxit cl. v. Tischendorf operi suo « Vetus Testamentum graece iuxta LXX interpretes » (34). Optima quidem ratione ille vir illustris et biblicae rei meritissimus usus est aliorum studiis et animadversionibus; attamen et ipse multa potuisset pro ingenio et eruditione sua adiicere si codicem prae oculis habuisset; si eundem non solum, ut olim fecit (35), viatorio more semel inspexisset, sed ad eundem recognovisset editionem suam. Hinc factum est, ut et illius editio multa, quae praecedentes editiones a codice diversa habent, retinuerit (36).

Huic veluti ingenito in ipsa natura praecedentium editionum defectui occurrere studentes, novam nobis excudendam editionem proposuimus ad ipsius codicis imaginem: unde manifeste appareat, tanquam in speculo, quid hac in re criticis viris non modo sciendum, sed videndum est. Quid vero in hoc praestitimus, quidve consequi in animo nobis fuerit paucis aperiemus.

Cum fonte ex ipso purius sumantur aquae, amotis libris omnibus et apographis ad ipsum antiquissimum codicem accessimus. Illustris Principis Chisiorum humanissima indulgentia et liberalitate usus codicis concessus est, et facultas ad nobilem ipsius Bibliothecam accedendi data est verbis benevolentia et cohortatione plenis. Qua in re multum valuit cl. v. Equitis Scipionis Cappello eiusdem bibliothecae praefecti humanitas, quae codicis usum faciliorem praebuit, nihilque quod opus iuvare posset, omisit; et in his quoque comitatem Doctoris Iosephi Cugnoni eidem in munere socii et successoris experti sumus.

Nos praeterea in hoc opere suscipiendo promovendoque praecipue usi sumus auctoritate et consilio cl. v. Car. Vercellone, qui et ipsum opus nostrum iuvare studuit. Qua etiam de causa opus istud aliquot post annis ab eius decessu typis commissum nonnisi eiusdem memoriae grato libentique animo dicamus.

Quibus omnibus et nos gratias agimus et habemus meritas; et quid iisdem viris imitatione dignis debeant eruditi plane norunt.

Igitur codicem dumtaxat prae oculis habentes textum hunc Danielis, veluti in imagine per apographon nostrum iuxta paginas, lineas, accentus spiritusque, nexus et compendia verborum, iuxta signa omne genus critica et orthographica repraesentare studuimus. Dein apographon nostrum cum editionibus, ac praesertim Segaar et Tischendorf contulimus, et omnibus vel minimis discrepantiis adnotatis rursus in iis locis codicem recognoscendum statuimus. His peractis textum typographis tradidimus; et cum hi accurate illum reddidissent impressum, nos rursus eorum experientiae specimina curavimus, et si quid adnotandum adhuc esset, accuratius exploravimus, et ipsum textum impressum ad codicem recognovimus.

Hoc pacto diligentiam omnem in exprimendo codicis textu nos posuisse sumus arbitrati et, ni fallimur, absolutam, quantum licuit, operis rationem consecuti sumus.

Commentarius adnotationum editioni nostrae adiungere studuimus ea de causa, ut non modo ea declararet, quae in ipso textu per typos exprimi nequiverant, vel si quid esset in codice animadvertendum referret; verum etiam ut ea, quae nobis in conferendis aliis editionibus animadvertenda occurrerunt, indicaret; quin tamen in iis omnes editionum varietates et errata hic recitare nobis propositum sit.

Ideo siquis videat hunc textum a communibus editionibus aliquando discedere, id codici, non editori tribuendum certo sciat. Siquidem, quantum per typos licuit, rationem codicis in singulis religiosissime servare constituimus. In iis tantum locis, ubi codex nexus litterarum habet, vel eos aliqua ratione expressimus, vel cum in codice nonnisi aliquos facillimæ lectionis nexus sint, eosdem per sua elementa dissolvere necessum fuit. In accentibus vero et spiritibus apponendis codicem accurate expressimus, etsi nonnullis in locis apertissimum foret nonnumquam calligraphum errasse. Diphthongi, quae sunt in codice, etsi litteris ligatis exprimantur, plerumque tamen habent accentum et spiritum supra primam non vero super alteram vocalem litteram, usu hac in re vetustiorum scripturarum servato: quod et nos haud minimum voluimus in editione nostra immutatum.

Haec nos pro ratione muneris nostri in hoc textu singulari praestare curavimus; multa vero quae circa Danielem et de hoc ipso textu dicenda essent ad criticos sacræ studiosos viros spectabit, quos certe, cum disciplinis suis nobilissimis rem sacram illustrare contenderint, curas nostras in hoc biblico insigni instrumento vulgando non improbaturos esse confidimus, atque eo praesertim quo ad opus istud viri clarissimi auctoritas (37) nos impulerit, et in eiusmodi studiis versari semel et iterum Pius IX. Pontifex Maximus probaverit (38), quique praeterea fautor benignissimus studiorum nos quoque verbis et litteris suis (39), mira benevolentia est cohortatus.

Ideo merito credendum est huiusmodi disciplinas magno et christianae et civili reipublicae bono, usui et ornamento esse posse. Quod ut eveniat, Deum O. M. a quo omnia sunt bona et ad quem omnia referenda, propitium auguramur.

1). Celeber Prophetarum codex iuxta LXX interpretes ex Origenianis tabulis confectus, qui Marchalianus dicitur, quique modo in Vaticana Bibliotheca asservatur, post Δανιὴλ κατὰ Θεοδοτιῶνος, fortasse olim habuit Δανιὴλ κατὰ ό; sed eum extrema codicis folia perierint, et Daniel extremum iuxta graecos codices locum obtineat, fortasse ea versio interiit. Haec nobis orta est opinio ex natura codicis et ex notula illa apposita. « Daniel iuxta Theodotionem » De hoc codice accuratiorem notitiam tradere studuimus in Prolegg. § XXVI, et XXXIII. *Bibl. Sacr. vetust. fragmenta*. Romae 1867.

2). Cf. Blanchinii. *Vindiciae Scripturarum Canonic.* Tom I. p. 279. Ubi plura de nostro codice et documenta ad illum spectantia invenies.

3). Blanchin. loc. cit. narrat mortem pontificis Alexandri VII. opus intercepisse.

4). Vix indicanda sunt quae de hoc codice habet Mabillon in *Diario Italico*, quae quasi in commentario viatorio notavit.

5). Iidem editores et praecipue, ut credibile est, Vinc. De Regibus aliorum quoque Prophetarum scripta ex eodem codice insigni apparatu illustrarunt; ex iis post Daniel tantum in lucem prodiit Ezechiel an. 1840. caetera frustra ab aliis et a nobis conquisita sunt.

6). Hæredes Vincentii De Regibus opus auctori suo vindicarunt. In quibusdam exemplaribus Editionis Romanae Danielis vidimus novum folium initio additum, cui inscriptio est « Δανιηλ κατα τους ο' Daniel secundum Septuaginta elaborante D. Vincentio de Regibus Linguae sanctæ in Bibliotheca Vaticana interprete et graecae professore. » Vir cl. *Field* in opere egregio *Origenis Hexapla* - Oxonii 1870 t. II. p. 904 rei historiam perstringit in Monito ad Danielem.

7). Praeter morem codicum quaterniones nulla numerali nota distinguuntur, nisi tamen credas in margine exteriori appositas, et quando codicis margo sectus fuit, periisse; sed de omnibus omnino evenisse difficile credimus. Tamen singuli scapi in interiori margine primae pagellae signum crucis praefixum habent. Ex his patet non posse certissime dici, qui fuerit pristinus ordo Prophetarum in codice, vel si postea mutatus sit; praesertim cum et Ieremia, et Daniel a scapo exordiantur; unde quis autumari posset Ieremiam post Isaiam fuisse collocatum. Sed in his vel nihili iuvat nos immorari. Fere semper atramento calligraphus utitur et in signis et in notulis marginis et in litteris plerisque capitalibus; rarae quidem sunt, praesertim in quibusdam libris, litterae capitales minio exaratae; eodem colore titulos et inscriptiones quasdam, et meandricos ornatus aliquando descripsit.

8). Si fides habenda esset iis qni de Neritinis graecis characteribus, nempe quæ in schola graeca Neriti in Calabria adhibebantur, dicunt, (Vide inter alios Codicem Vallicell. Evangelii Galatinensem) et codex noster huiusmodi litteris scriptus dicendus esset; propterea que eius patria in Italia statuenda. Sed de iis nihil certi dici posse opinor.

9). Vide in opere *Blanchini* laudato.

10). Codicis folia duplicem recensionem foliorum, utramque novam, habent; quorum prima notis numeralibus purpureis exacta folia codicis tantum 301 numerat; sed cum haec errasset: nempe ad folium 214. male significavit 114, et ad folia 321, 322 novo errore 221 et 221 significavit: hos errores altera foliorum recensio atramento exarata, emendavit, et numerum foliorum 402 signavit. Fol. 226. ad calcem est notula: Ιεζεχιὴλ κατὰ τοὺς ό ἐγράφη κατὰ ωρ ἐξ ων καὶ παρετέθη.

In fine Isaiae habemus Ησαιας· στιχ γων. Quae postrema sigla mirum torserunt eruditorum ingenia. (*Mabillon op. cit.*)

Res tamen adeo levis nonnisi ex malo characterum apographo eruditis exhibito dubium parere potuit; hic enim tantum indicatur Isaiam habere *stichos* γωκ 3820, vel ut maluit legere Allatius γωη 3808. De his stichis dicendum nobis heic nec locus, nec tempus est. Cf. Suicerum.

11). Praef. in Danielem.

12). Praeter ea quae codex noster, et codex Syriacus Hexaplaris Mediolanensis de eadem habent versione, alia ex patribus et ecclesiasticis monumentis sunt huius rei testimonia, ac praesertim Hieronymi et Theodoreti.

13). Velim conferas Codicem Marchalianum, vel saltem imperfecta ex eodem Isaiae editio, quam Curterius inseruit editioni Commentarii Procopii Gazaei in Isaiam, et praesertim luculentissima testimonia, quae ex eodem codice nos quoque post alios protulimus. (Sac. Bibl. fragm. Proleg). Conferas quoque mnemosynon Sinaitici codicis Bibliorum a Tischendorf Petropoli editum. De Rossi *Bullet. archeolog.* Conferas nostras et quae in Syriaco codice sunt epigraphas, ac præsertim codices punctis diacriticis distinctos.

14). Versionem Syriaco - hexaplarem Danielis ex codice Ambrosiano edidit an. 1788 Cajetanus Bugati et nuper dum haec typis mandamus, ad nos pervenit splendidissima quam ex eodem codice confecit editionem cl. v. *Ant. Ceriani* et de his et nos dicemus aliqua: sed heic monuisse iuvabit praedictam versionem confectam a Paulo Episcopo in urbe Alexandrina ex codice graeco, perfecte repraesentare codicem ipsum græcum. Versio haec maxime convenit cum textu exarato in codice nostro Chisiano, non modo in textu, sed et in notis, et exterioribus signis et epigraphis. Unde dicendum est codicem Chisianum convenire cum codice graeco adhibito Alexandriae sæculo VII. Adagium enim est: Quae conveniunt uni tertio, conveniunt inter se. In Commentario quem editioni nostrae adiungere constituimus, innuemus quædam verba graeca apposita in margine codicis Syriaci, unde convenientia codicis Chisiani cum codice Syro hexaplari aperte confirmatur. Ex his quisque sanus concludat necesse est, codicem Chisianum esse apographon vetustissimi codicis quamproxime ab ipsis Origenianis tabulis derivati: unde codicis nostri pretium et auctoritas magis magisque augetur.

15). Nonnihil quis fortasse dicendum vellet de scribendi ratione, ac praecipue de quibusdam litterarum nexibus et verborum compendiis; sed cum haec communissima sint, nihilque pariant difficultatis, in his immorari non iudicavimus. Si quid enim animadvertendum sit commentarius docebit.

16). Confer Cap. III. vers. 81. et vers. 83. Cap. V. vers. 6. Cap. IX, vers. 26.

17). Confer quid de male expresso monogrammate in Editione Romana habeat Bugati. Qui tamen non animadvertit, quae nos monuimus, et quae cum dictis Hieronymi et aliis monumentis sacris videntur congruere. Sed haec abundantius disserenda viris eruditis reliquimus. Confer *Origenem* apud Hieronymum in Commentario ad Danielem.

18). Confer adnotationem ad vers. 9. Cap. IX. pag. 52.

19). Hinc haud recte editor Rom. pag. 3. adn. 1. ait: *Nulla in codice Chisiano distinctio Capitum, nulla visionum.*

20). Confer quae antea diximus pag. VII.

21). Confer *Blanchinii* opus laudatum — *A. Symmachi Mazochi* ep. ad Card. Quirinum – et Spicil. Bibl. t. I. - *Quirinum* Card. in ep. ad Mazochium - *Montfaucon* Diar. italic. - *Mabillon* Iter italic. - *Bona* Card. et alia testimonia in ed. Romana Danielis. - V. *De Regibus, Segaar, Michaelis, Bugati, Holmes, Mai, Hahn, Tischendorf* de quibus in his prolegomenis dicimus. Conf. et *Drach, Vercellone, Danko, Attilii Giovannini* Studii

sulla Bibbia *nell' Arch. dell' Eccl. Firenze.* - *Field* opus laudatum - et nuperrime *Ceriani* in magnificentissima editione photolithographica » Codex Syrus - hexaplaris Ambrosianus. Mediolani 1874.

22). Praef. *Bugati* in Danielem Syro - hexaplarem § XX.

23). Daniel secundum LXX ex tetraplis Origenis Romae an. 1772 ex Chisiano codice primum editus, Goettingae 1773. in 8. Cf I. David Michaelis tom. IV. Bibliothecae Orient. Exegeticae - Segaar in Praefatione ad Danielem - Hahn in praef. editionis Danielis - Tischendorf in prolegg. V. T. Lips. 1860.

24). « Daniel secundum LXX ex tetraplis Origenis Romae 1772. primum editus Goettingae 1774 - in 4. » De hac editione loquitur Segaar. p. XII; et Hahn addidit hanc adnotationem « Harum duarum « editionum (Goettingensium) 1773, et « 1774 quas paravit I. D. Michaëlis... »

25). « Daniel secundum Septuaginta ex tetraplis Origenis ex Chisiano codice..... animadv. et praef. adiecit *Carolus Segaar* 1775. »

26). « Vetus Testamentum graecum cum variis lectionibus edidit *Robertus Holmes* et post eum *Iac. Parson.* Oxonii 1798 - 1827 » tom. IV. - Iam alias vota nostra nuncupabamus, ut istiusmodi thesaurus Holmesianus novis incrementis cumulatus a viris doctis denuo typis committeretur. Si rumor ad nos perlatus vera nuntiavit, valde laetandum est aliquod huiusmodi consilium susceptum esse Berolini a Lagarde.

27). *Tischendorf* in prolegg. Veteris Testam. Græc. pag. XLVIII haec animadvertit de editione Romana et Oxoniensi: « De editionis Romanae ad ipsum codi- « cem ratione gravis est Jacobi Parsons « nota haec, *expressa quoad textum, ut « videtur septuagintaviralem ex apo- « grapho codicis* 88. *mei in usum cl. « Francisci Blanchini exarato.* Hinc « quae in editione Romana a collatione « Holmesiana differunt, in mero apogra- « phi errore posita esse videntur. Videntur « certe » Haec habet Tischendorf; qui opinatus est ab Holmesio factam fuisse novam codicis ipsius collationem; id vero nobis minime videtur credi posse, cum ipse aperte in Daniele hæc fateatur: « Contulimus quoque editionem Chisia- « nam textus Septuagintaviralis et Theo- « dotionis. Ea vero, cura P. Simonis De « Magistris ann. 1772. Romae prodiit « expressa quoad textum, ut videtur, Se- « ptuagintaviralem ex apographo codi- « cis mei 88. in usum cl. Fr. Blanchi- « ni... » Et paulo ante in suo codicum catalogo. « Codex 88 sæculi XI continet « textum Theodotianaeum et Septuagin- « taviralem, atque ideo ad utrumque ci- « tatur. » Ex his nulla apparet notitia collationis exactae ad ipsum vetustum codicem; sed tantum se contulisse editionem profitetur. Si codex ipse collatus esset et recte, longe plura recognovisset animadvertenda. Nos opinamur Parsons usum fuisse ea collatione quam fecit Caiet. Bugatus.

28). Confer eundem *Mai* in praef. et *Vercellone* in Prooemio ed. 1857.

29). *Vercellone* Prooemium editionis Maianae § IV.

30). *Vercellone*, « Dissertazioni sul codice Greco Vaticano 1209.

31). En titulus huius editionis. « Δανιηλ « κατα τους εβδομηκοντα e codice Chi- « siano post Segaarium edidit, secundum « versionem Syriaco - hexaplarem reco- « gnovit, annotationibus criticis et philo- « logicis illustravit Henr. Aug. Hahn « Lipsiæ 1845. »

32). Prolegom. Vet. Testamenti Graeci, § XVIII. ed. 1860.

33). En exemplum certe singulare. Capit. III, v. 21, in editione Segaar desunt verba ἐπὶ τῶν κεφαλῶν αὐτῶν σὺν τῷ ἱματισμῷ αὐτῶν. Ad haec Hahn animadvertit « Haec e Syriaca versione re-

« stitui. » Et in ipso textu marte suo græce vel potius ex Theodotione hoc pacto ea reddidit. ἐπὶ τῶν κεφαλῶν αὐτῶν μετὰ τῶν ἐνδυμάτων αὐτῶν - Si tamen Editionem Romanam respexisset, quae hoc in loco rectissime codicem exhibuit, et labori suo pepercisset, et confusionem, quae ex textibus hoc pacto restitutis oritur, non auxisset.

34). Η παλαια διαθηκη κατα τους εβδομηκοντα edit. anni 1860. Vix iuvat addere alias, quae tantum sunt repraesentationes exemplaris Romani 1772, vel alicuius alterius ex ea editionis, inter quas innuere vel præstat eam quam cl. v. *Drach* litterarum Hebraicarum aetate nostra celeberrimus adiunxit operibus Origenis in Tom. XVI. *Patrolog. Graecae* a cl. *Migne* sacrorum studiorum benemerentissimo curatae, an. 1863 Parisiis. nec non studia cl. v. *Pusey* doctoris Anglici.

35). Prolegom. V. Testamenti cit.

36). Horum aliqua in commentario referemus.

37). Vide superius. pag. VII.

38). Confer quae diximus in op. nostro *SS. Bibl. fragm.* § LXVIII.

39). Litterae datae die 25 Julii 1868, impressae sunt in fronte I tomi magnificentissimae editionis « SS. Bibliorum « Graecus Codex Vaticanus auspice Pio « IX. P. M. collatis studiis C. Vercellone « et I. Cozza editus - 1870. »

ΔΑΝΙΗΛ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ Ο'.

Ἐπὶ βασιλέως ἰωακεὶμ
τῆς ἰουδαίας· ἔτους
τρίτου. παραγε
νόμενος ναβουχο
δονοσορ βασιλεὺς
βαβυλῶνος εἰς ἱερου
σαλὴμ. ἐπολιόρκει
αὐτήν· καὶ παρέ
δωκεν αὐτὴν κς εἰς
χεῖρας αὐτοῦ· καὶ ἰ
ωακεὶμ τὸν βασι
λέα τῆς ἰουδάιασ.
καὶ μέροσ τί τῶν ἱε
ρῶν σκευῶν τοῦ κυ.
καὶ ἀπήνεγκεν αὐτὰ
εἰς βαβυλῶνα εἰς
γῆν σεναὰρ. εἰς οἶ
κον τοῦ θῦ αὐτοῦ /. καὶ
τὰ σκεύη /. καὶ ἀπη
ρείσατο αὐτὰ ἐν τῷ
εἰδωλείῳ αὐτοῦ·
Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς.
ἀβιεσδρὶ τῷ ἑαυτοῦ
ἀρχιευνόυχῳ· ἀγαγεῖν
αὐτῷ ἐκ τῶν υἱῶν
τῶν μεγιστάνων τοῦ
ἰηλ· καὶ ἐκ τοῦ βασι
λικοῦ γένουσ.·καὶ ἐκ
των ἐπιλέκτων νε
ανίσκους ἀμώμουσ
καὶ εὐειδεῖς· καὶ ἐπι
στήμονας ἐν πάσῃ
σοφίᾳ. καὶ γραμ
ματικοὺς. καὶ συνε
τοὺσ. καὶ σοφοὺς· καὶ
ἰσχύοντασ· ὥστε
εἶναι ἐν τῷ ὀίκῳ τοῦ
βασιλέως καὶ διδά
ξαι αὐτοὺς γράμμα
τα. καὶ διάλεκτον
χαλδαϊκήν· καὶ
δίδοσθαι αὐτοῖς ἔκθε
σιν. ἐκ τοῦ ὀίκου τοῦ
βασιλέως καθ' ἑκά
στην ἡμέραν. καὶ ἀ
πὸ τῆς βασιλικῆς
τραπέζησ. καὶ ἀ
πὸ τοῦ ὀίνου οὗ πί
νει ὁ βασιλεύσ· καὶ
ἐκπαιδεῦσαι αὐτοὺς
ἔτη τρία. καὶ ἐκ τόυ
των στῆσαι ἔμπροσθεν

τοῦ βασιλέως ·
Καὶ ἦσαν ἐκ τοῦ γένους
τῶν υἱῶν ἰσραὴλ τῶν ἀ
πὸ τῆς ἰουδαίας.
δανιήλ. ἀνανίας.
μισαήλ. ἀζαρίας·
καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς
ὁ ἀρχιευνοῦχος ὀνό
ματα· τῷ μὲν δα
νιὴλ· βαλτάσαρ· τῷ
δὲ ἀνανίᾳ· σεδράχ·
καὶ τῷ μισαὴλ· μι
σάχ· καὶ τῷ ἀζα
ρίᾳ· ἀβδεναγώ·
Καὶ ἐνεθυμήθη δανι
ὴλ ἐν τῇ καρδίᾳ· ὅ
πως μὴ ἀλισγηθῇ ἐν
τῷ δείπνῳ τοῦ βα
σιλέως. καὶ ἐν ᾧ πί
νει οἴνῳ· καὶ ἠξίω
σε τὸν ἀρχιευνοῦχον.
ἵνα μὴ συμμολυνθῇ·
καὶ ἔδωκε κύριος τῷ δα
νιὴλ τιμὴν καὶ χά
ριν. ἐναντίον τοῦ ἀρ
— χιευνόυχου· καὶ εἶ
πεν ὁ ἀρχιευνοῦχος τῷ
δανιήλ· ἀγωνιῶ

τὸν κύριόν μου τὸν
βασιλέα τὸν ἐκτά
ξαντα τὴν βρῶσιν
ὑμῶν καὶ τὴν πό
σιν ὑμῶν· ἵνα μὴ
ἴδῃ τὰ πρόσωπα
ὑμῶν διατετραμ
μένα καὶ ἀσθενῆ
παρὰ τοὺς συντρε.
φομένους ὑμῖν νε
ανίας. τῶν ἀλλογε
νῶν. καὶ κινδυνεύ
σω τῷ ἰδίῳ τραχή
— λῳ· καὶ εἶπεν
δανιὴλ ἀβιεσδρί. τῷ
ἀναδειχθέντι ἀρχι
ευνούχῳ· ἐπὶ τὸν
δανιὴλ· ἀνανίαν· μι
σαήλ· ἀζαρίαν·
πείρασον δὴ τοὺς
παῖδας σου ἐφ' ἡμέ
ρας δέκα. καὶ δοθή
τω ἡμῖν ἀπὸ τῶν
ὀσπρίων τῆσ γῆσ.
ὥστε κάπτειν καὶ
ὑδροποτεῖν. καὶ ἐ
ὰν φανῇ ἡ ὄψις ἡμῶ͂
διατετραμμένη·

παρὰ τοὺς ἄλλους
νεανίσκους τοὺς ἐσθί
οντας ἀπὸ τοῦ βασι
λικοῦ δέ ιπνου· κα
θὼς ἐὰν θέλης· ού
τω χρῆσαι τοῖς παι
— σί σου· καὶ ἐχρήσα
το αὐτοῖς τὸν τρόπον
τοῦτον· καὶ ἐπείρα
σεν αὐτοὺς ἡμέρας
δέκα· μετὰ δὲ τὰς
δέκα ἡμέρας· ἐφά
νη ἡ ὄψις αὐτῶν κα
λή· καὶ ἡ ἕξις τοῦ
σώματος. κρέισσω̄
τῶν ἄλλων νεανίσκω̄
τῶν ἐσθιόντων τὸ βα
σιλικὸν δεῖπνον· καὶ
ἦν ἀβιεσδρὶ ἀναιρού
μενος τὸ δεῖπνον
αὐτῶν καὶ τὸν οἶνον
αὐτῶν. καὶ ἀντεδί
δου αὐτοῖς ἀπὸ τῶ̄
ὀσπρίων· καὶ τοῖς
νεανισκοις ἔδωκε̄
ὁ θ̄ς ἐπιστήμην καὶ
σύνεσιν καὶ φρόνησῑ
ἐν πάσῃ γραμμα
τικῇ τέχνῃ· καὶ
τῷ δανιὴλ ἔδωκε
σύνεσιν. ἐν παντὶ ῥή
ματι καὶ ὁράματι
καὶ ἐνυπνίοισ. καὶ
ἐν πάσῃ σοφίᾳ /.
μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας
τλυτας ἐπέταξεν
ὁ βασιλεὺς εἰσαγαγεῖν
αὐτούς· καὶ εἰσή
χθησαν ἀπὸ τοῦ ἀρ
χιευνούχου πρὸσ τὸν
βασιλέα ναβουχο
δονόσορ. καὶ ὡμίλη
σεν αὐτοῖς ὁ βασιλεύσ·
καὶ οὐχ' εὑρέθη ἐν τοῖς
σοφοῖς ὅμοιος τῷ
δανιήλ· καὶ ἀνανίᾳ.
καὶ μισαήλ. καὶ ἀ
ζαρίᾳ καὶ ἦσαν
παρὰ τῷ βασιλεῖ·
καὶ ἐν παντὶ λόγῳ
καὶ συνέσει καὶ παι
δείᾳ· ὅσα ἐζήτησε
παρ' αὐτῶν ὁ βασι
λεύσ. κατέλαβεν
αὐτοὺς ÷ σοφωτέρους /.
δεκαπλασίωσ.

ὑπὲρ τοὺς σοφιστὰς
καὶ τοὺς φιλοσόφους.
τοὺς ἐν πάσῃ τῇ βα
σιλείᾳ αὐτοῦ· ÷
Καὶ ἐδόξασεν αὐτοὺς
⁓ ὁ βασιλεὺς. καὶ κα
⁓ τέστησεν αὐτοὺς ἄρχο
⁓ τας. καὶ ἀνέδειξεν
⁓ αὐτοὺς σοφοὺς παρὰ
⁓ πάντας τοὺς αὐτοῦ
⁓ ἐν πράγμασιν. ÷ ἐν
⁓ πάσῃ τῇ γῇ αὐτοῦ
⁓ καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ
⁓ αὐτοῦ· /. καὶ ἦν δα
νιὴλ ἕως τοῦ πρώ
του ἔτους τῆς βασιλεί
ας κύρου. βασιλέως
— περσῶν· καὶ ἐν
τῷ ἔτει τῷ δευτέρῳ
τῆς βασιλείας να
βουχοδονόσορ. συνέ
βη εἰς ὁράματα καὶ
ἐνύπνια ἐμπεσεῖ
τὸν βασιλέα. καὶ τα
ραχθῆναι ἐν τῷ ἐ
νυπνίῳ αὐτοῦ. καὶ
ὁ ὕπνος αὐτοῦ ἐγένε
το ἀπ' αὐτοῦ. καὶ ἐπέ

ταξεν ὁ βασιλεὺσ
εἰσενεχθῆναι τοὺς
ἐπαοιδοὺσ. καὶ τοὺς
μάγουσ. καὶ τοὺς φαρ
μακοὺσ τῶν χαλδάι
ων. ἀναγγεῖλαι τῷ
βασιλει τὰ ἐνύπνι
α αὐτοῦ· καὶ πα
ραγενόμενοι ἔστησαν
παρὰ τῷ βασιλεῖ·
Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ βα
σιλεύς· ἐνύπνιον
ἑώρακα. καὶ ἐκινή
θη μου τὸ πνα· ἐ
πιγνῶναι οὖν θέ
— λω τὸ ἐνύπνιον· καὶ
ἐλάλησαν οἱ χαλδαῖ
οι πρὸς τὸν βασιλέ
— α συριστί· κύριε
βασιλεῦ. τὸν αἰῶνα
ζῆθι· ἀνάγγειλον τὸ
ἐνύπνιον σου τοῖς
παισί σου. καὶ ἡμεῖς
σοι φράσομεν τὴν
— σύγκρισιν αὐτοῦ· ἀ
ποκριθεὶς δὲ ὁ βα
σιλεὺς· εἶπε τοῖς
χαλδάιοις. ⋇ ὁ λόγος

ἀπ᾽ ἐμοῦ ※ ἀπέστη· /.
διότι ἐὰν μὴ ἀπαγγεί
λητέ μοι ἐπ᾽ ἀληθέι
ας τὸ ἐνύπνιον· καὶ
τὴν τούτου σύγκρι
σιν δηλώσητέ μοι.
παραδειγματισθή
σεσθε· καὶ ἀναλη
φθήσεται ὑμῶν τὰ
ὑπάρχοντα. ἐις τὸ
βασιλικόν· ἐὰν δὲ
τὸ ἐνύπνιον διασα
φήσητέ μοι καὶ τὴν
τούτου σύγκρισιν ἀ
ναγγέιλητε. λήψεσθε
δόματα πάντοῖα
καὶ δοξασθήσεσθε
ὑπ᾽ ἐμοῦ· δηλώσα
τέ μοι τὸ ἐνύπνιον.
— καὶ κρίνατε· ἀ
πεκρίθησαν δὲ ἐκ δευ
τέρου λέγοντες· βα
σιλεῦ· τὸ ὅραμα ἐῖ
πον· καὶ ὁι παῖδες
σου κρινοῦσι πρὸς
— ταῦτα· καὶ ἔῖπεν
ἀυτοῖς ὁ βασιλεύς·
ἐπ᾽ ἀληθέιας ὄῖδα ὅ
τι καιρὸν ὑμεῖς ἐξα
γοράζετε· καθά
περ ἑωράκατε. ὅ
τι ἀπέστη ἀπ᾽ ἐμοῦ
τὸ πρᾶγμα· ÷ κα
θάπερ ὄῦν ÷ προς
τέταχα· ὅυτως ἔσται /.
ἐὰν μὴ τὸ ἐνύπνιο¯
ἀπαγγέιλητέ μοι ἐ
π᾽ ἀληθείας. ÷ καὶ τὴν
τούτου σύγκρισιν δη
λώσητε /. θανάτῳ
περιπεσεῖσθε·
συνέιπασθε γὰρ λό
γους ψευδεῖς ποιήσα
σθαι ἐπ᾽ ἐμοῦ. ἕως
ἂν ὁ καιρὸς ἀλλοιωθῆ·
Νῦν ὄῦν ἐὰν τὸ ῥῆμα
ἐίπητέ μοι ÷ ὃ τὴν
νύκτα ἑώρακα /.
γνώσομαι ὅτι καὶ τὴν
τούτου κρίσιν δηλώ
— σητε· καὶ ἀπε
κρίθησαν ὁι χαλδαῖοι
ἐπὶ τοῦ βασιλέως.
ὅτι ὀυδὲις τῶν ἐπὶ τῆς
γῆς δυνήσεται ἐιπεῖν
τῷ βασιλεῖ ὃ ἑώρακε

καθάπερ σὺ ἐρωτᾶς·
καὶ πᾶς βασιλεὺς καὶ
πᾶς δυνάστης· τοι
οῦτο πρᾶγμα οὐκ ἐπε
ρωτᾶ πάντα σοφὸ
καὶ μάγον· καὶ χαλδαῖ
ον· καὶ ὁ λόγος ὃν ζη
τεῖς βασιλεῦ· βαρύς
ἐστι ÷ καὶ ἐπίδοξοσ· /.
καὶ οὐδείς ἐστιν ὅς δη
λώσει ταῦτα τῷ βα
σιλεῖ. ἐι μή τι ἄγγελοσ·
ὅῦ οὐκ ἔστι κατοικητή
ριον μετὰ πάσης σαρ
κόσ· ὅθεν οὐκ ἐν
δέχεται γενέσθαι κα
— θάπερ οἴει· τότε
Ο' βασιλεὺς στυγνὸς γε
νόμενος καὶ περί
λυπος. προσέτα
ξεν ἐξαγαγεῖν πάντας
τοὺς σοφοὺς τῆς βα
βϋλωνίας. καὶ ἐδο
γματίσθη πάντας
ἀποκτεῖναι· ἐζητή
θη δὲ ὁ δανιὴλ καὶ
πάντες οἱ μετ αὐτοῦ.
χάριν τοῦ συναπολέ
— σθαι· τότε δανι
ὴλ εἶπε βουλὴν καὶ
γνώμην ἣν εἶχεν·
ἀριωχὴ τῷ ἀρχιμα
γείρῳ τοῦ βασιλέως.
ᾧ προσέταξεν ἐξα
γαγεῖν τοὺς σοφιστὰσ
τῆς βαβυλωνίας.
καὶ ἐπυνθάνετο αὐ
τοῦ λέγων· ※ ἄρχω
τοῦ βασιλέως /. πε
ρὶ τίνος δογματίζε
ται πικρῶς παρὰ
— τοῦ βασιλέως· τό
τε τὸ πρόσταγμα ἐσή
μανεν ὁ ἀριώχης τῷ
δανιήλ· ὁ δὲ δανι
ὴλ εἰσῆλθε ταχέως
πρὸσ τὸν βασιλέα.
καὶ ἠξίωσεν ἵνα δο
θῇ αὐτῷ χρόνος πα
ρὰ τοῦ βασιλέως. καὶ
δηλώσῃ πάντα ἐ
πὶ του βασιλέως·
τότε ἀπελθὼν δα
νιὴλ εἰς τὸν οἶκον αὐ
τοῦ. τῷ ἀνανίᾳ· καὶ
μισαὴλ· καὶ ἀζαρίᾳ

τοῖς συνετάιροις· ὑ
πέδειξε πάντα·
κὰι παρήγγειλε νη
στείαν κὰι δέησιν ÷
÷
κὰι τιμωρίαν ζητῆ
σαι /. παρὰ τοῦ κυ τοῦ·
ὑψίστου περὶ τοῦ μυστη
ρίου τούτου. ὅπως
μὴ ἐκδοθῶσι δανι
ὴλ κὰι όι μετ' ἀυτοῦ ἐις
ἀπώλειαν. ἅμα
τοῖς σοφισταῖς βαβυ
— λῶνος· τότε τῷ
Δανιὴλ ἐν ὁράματι.
ἐν ἀυτῇ τῇ νυκτὶ.
τὸ μυστήριον τοῦ βασι
λέως ἐξεφάνθη εὐ
— σήμως· τότε δα
νιὴλ εὐλόγησε τὸν κυ
τὸν ὕψιστον. κὰι ἐκφω
νήσας εἶπεν· ἔ
σται τὸ ὄνομα τοῦ κυ
τοῦ μεγάλου εὐλογημέ
νον εἰς τὸν ἀιῶνα.
ὅτι ἡ σοφια κὰι ἡ με
γαλωσύνη ἀυτοῦ ἐστι·
κὰι ἀυτὸς ἀλλοιοῖ και
ροὺς κὰι χρόνουσ·
μεθιστῶν βασιλεῖς.
κὰι καθιστῶν· διδοὺς
σοφοῖς σοφίαν. κὰι
σύνεσιν τοῖς ἐν ἐπι
στήμῃ ὄυσιν· ἀνακα
λύπτων τὰ βαθέα
κὰι σκοτεινά. κὰι γι
νώσκων τὰ ἐν τῷ
σκότει κὰι τὰ ἐν τῷ
φωτ`. κὰι παρ' ἀυ
τῷ κατάλυσισ·
Σο`. κε τῶν πρων μου ἐ
ξομολογοῦμαι κὰι ἀι
νῶ. ὅτι σοφίαν κὰι
φρ`νησιν ἔδωκάς μοι·
κὰι νῦν ἐσήμανάς μοι
ὅσα ἠξίωσα. τοῦ δη
λῶσαι τῷ βασιλεῖ πρ`ς
— ταῦτα· ἐισελθὼν
Δὲ δανιὴλ πρὸς τὸν α
ριὼχ τὸν καταστα
θέντα ὑπὸ τοῦ βα
σιλέως ἀποκτεῖναι
πάντας τοὺς σοφιςὰς
τῆς βαβυλωνίασ.
εἶπεν ἀυτῷ· τοὺς
μὲν σοφιςὰς τῆς βα
βυλωνίας μὴ ἀπο

λέσης· εἰσάγαγε
δέ με πρὸς τὸν βα
σιλέα. καὶ ἕκαστα
τῷ βασιλεῖ δηλώσω·
— τότε ἀριὼχ κατὰ
σπουδὴν εἰσήγαγε τὸν
δανιὴλ πρὸς τὸν βα
σιλέα. καὶ εἶπεν αὐ
τῷ· ὅτι εὕρηκα
ἄνον σοφὸν ἐκ τῆς αἰ
χμαλωσίας τῶν υἱ
ῶν τῆς ἰουδαίας· ὃς
τῷ βασιλεῖ δηλώσει
ἕκαστα· ἀποκριθεὶς
δὲ ὁ βασιλεὺς εἶπε
τῷ δανιὴλ· ἐπικα
λουμένῳ δὲ χαλδα
ϊστὶ βαλτάσαρ· δυνή
σῃ δηλῶσαι μοι τὸ ὅ
ραμα ὃ εἶδον καὶ τὴν
— τούτου σύγκρισιν; ἐκ
φωνήσας δὲ ὁ δανιὴλ
ἐπὶ τοῦ βασιλέως.
εἰπε· τὸ μυστήριον
ὃ ἑώρακεν ὁ βασι
λεύς. οὐκ ἔστι σοφῶν
καὶ φαρμακῶν· καὶ
ἐπαοιδῶν καὶ γαζα

ρηνῶν ἡ δήλωσις.
ἀλλ' ἔστι θς ἐν οὐνῷ
ἀνακαλύπτων μυστή
ρια. ὃς ἐδήλωσε τῷ
βασιλεῖ ναβουχοδο
νόσορ. ἃ δεῖ γενέσθαι
ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡ
μερῶν· καὶ ἀνακα
λύπτων μυστήρια ἐ
δήλωσέ σοι ἃ δεῖ γε
νέσθαι· κἀμοὶ δὲ οὐ
παρὰ τὴν σοφίαν
τὴν οὖσαν ἐν ἐμοὶ ὑ
πὲρ πάντας τοὺς
ἀνους τὸ μυστήριον τοῦ
το ἐξεφάνθη· ἀλλ' ἕ
νεκεν τοῦ δηλωθῆ
ναι τῷ βασιλεῖ ἐση
μάνθη μοι· ἃ ὑπέ
λαβες τῇ καρδίᾳ σου
— ἐν γνώσει· καὶ σὺ
Βασιλεῦ ἑώρακας.
καὶ ἰδοὺ εἰκὼν μία·
καὶ ἦν ἡ εἰκὼν ἐκεί
νη· μεγάλη σφόδρα·
καὶ ἡ πρόσοψις αὐτῆς.
ὑπερφερὴς ἑστήκει
ἐναντίον σου· καὶ ἡ

πρόσοψις τῆς εἰκό
νος. φοβερά· καὶ
ἦν ἡ κεφαλὴ αὐτῆς.
ἀπὸ χρυσίου χρηστοῦ·
τὸ στῆθος καὶ οἱ βρα
χίονες. ἀργυροί· ἡ
κοιλία καὶ οἱ μηροὶ.
χαλκοί. τὰ δὲ σκέ
λη. σιδηρᾶ· οἱ πό
δες. μέρος μέν τι σι
δήρου. μέρος δέ τι
— ὀστρακίνου· ἑώρα
κας ἕως ὅτου ἐτμή
θη λίθος ἐξ ὄρους
ἄνευ χειρῶν. καὶ ἐπά
ταξε τὴν εἰκόνα
ἐπὶ τοὺς πόδας τοὺς
σιδηροὺς καὶ ὄστρα
κίνους. καὶ κατήλε
— σεν αὐτά· τότε λε
πτὰ ἐγένετο ἅμα. ὁ
σίδηρος καὶ τὸ ὄστρα
κον. καὶ ὁ χαλκὸς. καὶ
ὁ ἄργυρος καὶ τὸ χρυ
σίον. καὶ ἐγένετο ὡσεὶ
λεπτότερον ἀχύρου
— ἐν ἅλωνι. καὶ ἐρρί
πισεν αὐτὰ ὁ ἄνεμος.

ὥστε μηδὲν κατα
λειφθῆναι ἐξ αὐτῶ¯
καὶ ὁ λίθος ὁ πατά
ξας τὴν εἰκόνα. ἐγέ
νετο ὄρος μέγα. καὶ ἐ
πάταξε πᾶσαν
τὴν γῆν· τοῦτο τὸ
ὅραμα· καὶ τὴν
κρίσιν δὲ ἐροῦμεν
ἐπὶ τοῦ βασιλέως·
Σὺ βασιλεῦ. βασιλεὺς
βασιλέων. καὶ σοὶ ὁ
κύριος τοῦ οὐρανοῦ.
τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν
βασιλείαν· καὶ τὴν
ἰσχὺν καὶ τὴν τιμὴν
καὶ τὴν δόξαν ἔδω
κεν ἐν πάσῃ τῇ οἰ
κουμένῃ. ἀπὸ ἀν
θρώπων καὶ θηρί
ων ἀγρίων καὶ πετει
νῶν οὐνοῦ ÷ καὶ τῶν ÷
ἰχθύων τῆς θαλάσ
σης. /. παρέδωκεν
ὑπὸ τὰς χεῖρας σου.
κυριεύειν πάντων.
σὺ εἶ ἡ κεφαλὴ ἡ χρυ
σῆ· καὶ μετὰ σὲ ἀνα

στήσεται βασιλέια ἐ
λάττων σου· καὶ τρί
τη βασιλέια ἄλλη χαλ
κῆ. ἣ κυριέυσει πά
σης τῆς γῆς· καὶ
βασιλέια τετάρτη.
ἰσχυρὰ ※ ὡς ὁ σίδη
ρος /. ὥσπερ ὁ σίδη
ρος ὁ δαμάζων πάν
τα· καὶ ※ ὡς ὁ σίδηρος
πᾶν δένδρον ἐκκό
πτων. καὶ σεισθήσε
ται πᾶσα ἡ γῆ· καὶ
